



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Bona Volvntas Optimæ Consentiens. Seu De Sequendo In Omnibus Ductu Providentiæ Diviniæ**

**Foullon, Jean E.**

**Leodii, 1657**

VII. Non respuendæ co[n]solationes humanæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54992](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54992)

VII.

*Non respuen-  
da consolatio-  
nes humana.*

Expendens ibidem Gregorius cap. II. & 12. dolentis & adorantis Jobi voces, advertit, primùm sibi ex humanæ conditionis consideratione solatium sumere: deinde altiùs ad Providentiæ Divinæ decreta erectam mentem corpore prostrato attollere. *Nudus, inquit, egressus sum de utero matris meæ, nudus revertar illuc. Nudum me huc intrantem terra protulit: nudum me hinc exeuntem terra recipiet. Qui ergo accepta habui, sed relinquenda perdidit, quid proprium amisi?* Eatenus nihil supra naturam & communem rationem protulit, ad patientiæ suæ solatium. Tantumdem ex ore Stilpontis, Biantisve, aut Epicteti audiremus: fumante patriâ, amisâ libertate, caris omnibus pignoribus ereptis, generosè tamè ac magnificè dicentium, nihil suum fuisse quod extra se erat, omnia sua manere integra, non factam propriæ rei jacturam. At Philosophus noster in meliore schola eruditus, ad confirmandam perficiendamque tolerantiam, fide divinâ supra rationem

eyehi-

evahitur : nec DEVM tantum uti bonorum auctorem, ita pœnæ calamitatisque omnis fontem, quod & isti fecêre, agnoscit: sed omisâ de Sabæis Chaldæisque prædonibus, ac de tempestatum injuriis querimoniâ, in primo rerum omnium motore mentem defigit, gratiâsque agit: *Dominus, inquit, dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum.*

VIII. Tanti Herois exemplo non pigebit interdum cogitationes ex *Fidei & rationis amicitia.* nura petitas ad miserorum solatium adducere: audiemus aliquando rationem, & philosophis non nostris modò, sed etiam alienigenis, ex ea disputantibus ac decernentibus, lubentes auscultabimus. Loquetur Seneca, adducetur Epictetus, proferentur magnanimè dicta factaque Infidelium Ethnicorum: nec Chrysofomi, Augustini, Gregorii eos socios indignabuntur, quibus nonnumquam & ipsi usi sunt. Imò non hos solum, sed & illos interdum, ad Scripturæ sacræ oracula, fideique pronuntiata elucidanda, adhibebimus. Ab utrisque do-